

1519. in Augusto. 275

Tomicius Epus Premisliens, Joanni
brauski Epō Cosnaniensi.

62
Quē Dne. Non possum pro dolore satis explicare
casum, qui Nobis nunc magna indignatione divina
accidit. Tartari enim numero ad quadraginta millia
Regnum ingressi, et late ac longe omnia depopulan-
tes: non solum damnum inestimabile fecerunt, sed
milites et Ducem Constantinū aliosq; Russia Proce-
res tanta strage affecerunt, et ex septē circiter
millibus pauci admodū incolumes evaserunt, et ni-
si ara propinqua fuisset, ad unū omnes interissent,
divina in quā indignatione, nolentibus enim Capita-
neo et Duce Constantino, ceteri omnes pertinaci-
ter in eo loco congregari voluerunt, ubi fervore nimio
ruentes, in angustias et foveas exusti oppidi deve-
nerunt, in quibus constricti, et precipitati non refe-
rientes cedebantur, hostes vero cum triumpho ve-
xillis et tubis Vris, et praeda, quā pro magnitudi-
ne vix ducere possunt, discesserunt. Atque Regia
utcumq; vehementer conturbata, mox tamen et
militem novū conduxit, et Conventū Sandomiria in-
dixit, in quo vult consiliū cum his terris capere qua-
liter tanta vi ubi iterum ut credimus rediret,
esset resistendum prout id ex Vris eius Vitis
vra Rma D. latius cognoscat, intelligetq; novo
iam post damnū opus fore Consilio de Vra defen-
sione, quando rebus integris id more Vro fieri non
potuit.

Significavitq; Viti Regia Capitaneus Ravensis
non esse illum Nobilem illū Dziarszek qui conscius
est, et participes captivationis Domini Myrzinec,
sed eum servire in terra Belsensi: commisit itaq;

Vittas

422.
Litteras sua Dño Palatino Lublinensi mitte:
re illuc lras, ut caperetur, qui cum in mani
bus erit: poterimus ex illo scire omnia, et que
necessaria fuerint facere. Itaqz non sit cura
vra Rma Dni, nihil eorumqz oportuna fu:
erint pretermittentur. Cuius gratia Me
et obsequio Nostra commendo.

S. I.